

**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,  
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis  
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,  
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Sacramentis. In qua Tractatibus decem de Sacramentis in genere, tum speciatim, videlicet de Baptismo, Confirmatione, Eucharistia spectata vt Sacramento, & vt sacrificio: de Pœnitentia, de Suffragiis, Indulgentiis, & Iubilo, de Bulla Cruciat, de Extrema-vnctione, & demum de Ordinis Sacramento ...

**Castro Palao, Fernando de  
Lugduni, 1669**

De forma seuranda indulgentia concessione, & de eius interpretatione. 4

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76649](#)

Suar. statim referendus. Nam esto, causa insufficiens sit ad rationem indulgentiam, si tamen ad aliquam partem sufficit, ea pars concedetur, tametsi sub forma indulgentiae plenariae concessio facta fuerit. Quapropter placet sententia Suar. disp. 50. sent. 9. affirmans, primò nulla bulla, vel decreto authentico cam formam inueniri, sed proinde non esse credendum, & aliquando Pontificem vnum esse. Quod si de facto ea vlti resperatur, presumi debet, si verba concessionis patienter pro diuersis temporibus concedi. Si tamen constet pro eodem tempore, & sub eadem actione concessionem esse factam, credendum est, indulgentiam plenariam operanti applicari dies vero, vel annos superadditos animabus purgatoriis per modum suffragij, quia nulus aliis sensus excoigitari potest, in quo illa additio effectum habere possit.

13. Secunda diuisio indulgentiae factis communis est, in personalem & localem, seu realem. Personalis est, qui persona conceditur, quamque secum defert quocunque proficiatur. Localis est, que alicui pio loco annexa; non quia ipse locus capax sit alicuius indulgentiae, seu remissionis, sed, quia in eius favorem hominibus ibidem orantibus indulgentia conceditur. Quia ratione aliquibus agnis beneficiis, imaginibus, &c. Indulgentia concedit seipsum, non quidem ipsius, sed hominibus illa deferentibus vel coram ipso orantibus.

14. Circa quam diuisiōnē aliquor difficultatēs endan-  
da occurunt. Prima, circa in indulgentiam personalem, quae in-  
quam, personae lucrari possint indulgentiam concessam ho-  
minibus alicuius ciuitatis aliquod primum opus praefaciuntur; v.g. visitantibus aliquam Ecclesiam, aut aliquam eleemosy-  
nam diligenteribus. Et dubium est, cum de Clericis, tum de religiosis exemptis, cum de aduenis.

Et quidem clericos illius ciuitatis lucrari illam indulgen-  
tiam posse, est omnino certum; quia etio in odio suis sub populo non comprehendantur clerici, vi probat textus in cap. Ei sententia, de sen. ent. excommunicat. in. 5. ac in favorabilibus, ut sunt indulgentiae, non est dubium comprehendendi: quia sunt praecipi-  
pia pars populi Christiani. cap. Duo sunt. 11. quæst. 1. Quinimodo non solum clerici illius ciuitatis, sed etiam illius Ecclesie, in  
qua sita est indulgentia, lucrari possunt quia non debent esse  
deterioris conditionis, præcipue enim ipsi, sicut & ceteri, opus  
in iunctum pro obsecione indulgentiae praestare possint, vi re-  
dictum Cordub. tradit. Suar. disp. 52. sent. 1. num. 13. in fine. tamet-  
si contraria sententia Felin. tract. de indulgent. plenar. n. 35.

Religiosi vero eam indulgentiam lucrari possunt, esto, sit, indulgentia ab Episcopo concessa. Nam esto, ab eius iurisdictione exempti sint, cum corum exemplo, non in detrimentum, sed pro fauore facta fuerit, a priuilegiis, & fauoribus non excludantur, sed pro illis obviandis episcopali iurisdictioni se habucere possunt, nisi specialiter huius prohibiti, se subiungere in peccatorum abolutione & iuramentorum & vororum dis-  
positione. Atque ita docuit Suar. disp. 52. sent. 1. n. 13. Laym. 4. sum. ir. 7. c. 1. n. 5. Emman. Sà indulgentia. n. 15. Barbola aliis  
relat. 3. p. de potest. Episc. alleg. 88. n. 27.

Advenit vero, & peregrini optimè, possunt lucrari indul-  
gentiam ab Episcopo concessam visitantibus aliquam Eccle-  
siam: ratione enim transiuntis visitationem ei subduncunt, vi  
dictum Barbola de potest. Episc. 3. part. alleg. 88. na. 2. Laym.  
& Sà loc. alleg. Illud vero communius, si Episcopus proprius  
peregrinatus facultatem concedat lucrandi indulgentias  
ab aliis Episcopis concessas, eas lucrari posse. Tum quia ita  
colligitur ex textu in cap. Quod autem de penitentia & re-  
missione, tum quia vi illius licentie alienis Episcopis subdun-  
tur. Atque tradit Abbas in d. cap. Quod autem n. 7. vers. 1. l. im-  
m. Ludovic. Bolognin. tract. de indulg. n. 60. Babol. dicta  
alleg. 88. n. 15. Emman. Sà verbo, indulgentia. num. 16. Layman.  
trad. 7. c. 1. n. 5.

15. Circa localem indulgentiam difficultas esse potest, qua-  
liter visitare Ecclesiam debeas, vt indulgentiam obtineas? Quia in re certum est, obligatum esse ex fine, saltem virtu-  
ali, colendi Deum in se, vel in aliquo sancto qui ibi specialiter  
honoratur, visitationem praestare: quia visitatio iniuncta  
ad indulgentiam & remissionem peccata debita  
obviandam honesta & religiosa esse debet: sicuti probat  
textus in Extraua Vigenitius, ibi: Deuotiss. & in Extraua,  
Quemadmodum, ibi: Reuerenter. & tradit Nauar. in cap. Si  
quando de conser. disp. 1. ca. 6. §. 14. Cordub. de indulgent. quæst.  
25. Emman. Rodriqu. in summ. cap. 265. n. 7. Suar. disp. 52. sent. 1.  
num. 4.

Sed an opus sit ad hanc visitationem Ecclesiam ingredi, an  
satis sit ante fores Ecclesie orationem fundere, præcipue cum  
pro multitudine peregrinorum ab ingressu impediatur? Dicen-  
dum videtur, satis esse, si ad fores adiustas: quia est moralis  
Ecclesie visitatio, præcipue cum nomine Ecclesie ceme-  
terium congruum comprehendatur. Atque ita tradunt Emman.  
Rodrig. supra n. 6. Suar. disp. 52. sent. 1. n. 7.

16. Ex supradictis omnibus constat, quinam sit effectus  
indulgentiae? Nam cum indulgentia, non ad remissionem  
culpa sed penitentia temporalis referatur, indulgentia plenaria,  
sua totalis, omnem penitentiam remittit, partialis vero

partem secundum formam concessionis. Quod si per aliquam  
indulgentiam, seu iubilatum remissio à culpa, & à pena con-  
cedatur; intelligi debet simul cum indulgentia concessione  
facultatem absoluendi à culpis concedi, sicuti notarunt Ro-  
drigu. in explicit. Cruciat. in princ. nu. 3. Cordub. de Indulg. sent. 8.

## P V N C T Y M IV.

De forma seruanda in Indulgentiae concessione, &  
de eius interpretatione.

1. Nulla est determinata forma, sed solum requiritur, ut voluntas concedentis factis exprimatur.
2. Affirmant plures verba dubia in Indulgentiarum concessione stricte interpretanda esse.
3. Alij negant.
4. Solvuntur fundamenta opposita.
5. Approbatur hac posterior sententia, reprobatis quibusdam distinctionibus.
6. Explicatur qualiter verum sit, Indulgentiam valere tantum, quantum sonat.
7. Ex facilitate concessa ad remittenda peccata, nos infertur concessam esse potestatem Indulgentias concedendi.
8. Qualiter potestas absolute concessa concedendi Indulgentias limitari debet.
9. Aliqui censem sub verbis communibus, Indulgentiam conce-  
di posse.
10. Verius est oppositum.
11. Necessarium est, sicut in genere, quantitatem Indulgentiae declarare.
12. Indulgentia concessa pro mortis articulo regulariter presumpto intelligitur.
13. Qualiter intelligitur ea conditio: Dummodo in Ecclesia alia similes Indulgentia concessa non sit.

1. Neque ad communicandam potestatem concedendi Indulgentias, neque ad illarum concessionem alia forma requiritur, præter eam, quæ sufficiens concessionem exprimat. Nam, cum iure ipso nulla verba determinata sint pro communicatione potestatis concedendi Indulgentias, vel pro illarum concessione, absque fundamento determinata aliqua forma postularetur. Quod vero necessarium sit, utrumque concessionem sufficienter exprimere; et omnium sententiæ, teste Suar. disp. 56. sent. 1. num. 4. quia est actus iurisdictionis ecclesiastice in Ecclesia visibili, & in fauorem hominum: debet ergo sufficiens exprimi, & declarari. Atque ita docet Coninch. disp. 12. dub. 4. n. 22.

2. Sed, quia sunt aliqua verba, vel signa, quæ concessio-  
nem, cum potestatis, tum Indulgentiae limitate, vel extende-  
re possunt, iuxta varias Doctorum interpretationes, exami-  
nandum est, an late, vel stricte interpretandam sint: Prima senten-  
tia defendit, stricte interpretandam esse. Ita Innocent. &  
Hostiens. in c. Licer. de translat. Episc. Bald. in sua Margarita,  
verbo Indulgentia. & leg. Humanitatis. Cod. de impub. & aliis  
substitut. Palud. in 4. dist. 20. quæst. 4. art. 3. Nauar. de Indulg.  
notab. 9. num. 8. & 9. Probatque Nauar. primò ex reg. Can-  
cellar. 57. vbi Indulgentia concessa alicui Ecclesia pro aliquo  
facto, tametsi in singulos annos concedatur, restringitur ad  
vingenti annos. Deinde concessa alicui loco, qui aliam Indul-  
gentiam similem habeat, nulla est, si in concessione potes-  
tatis non fuerit mentio prioris facta, iuxta reg. 58. Et regu-  
lariter non absolute, sed tempore limitato, per quatuor in-  
quam, vel quique annos solem Pontifices Indulgentias con-  
cede, iuxta reg. Cancell. 59. Quia omnia videntur probare,  
Indulgentiarum concessionem stricti iuri esse. Secundò, quia  
concessio Indulgentiarum continet dispensationem in iure  
diuino, & distributionem artis alieni: at hac stricte interpretan-  
tur. Ergo Tertiò, esto, Indulgentia sit fauor ei, cui sit: at  
respectu Communitatibus non videtur esse: quippe disciplinam  
ecclesiasticam, & penitentiam satisfactionem eneruat,  
ut constat ex c. Cum ex eo de penit. & remiss. & ex Trid. de-  
creto de Indulg. in fin. ibidem Indulgentias concedendis moder-  
ationem, iuxta veterem probatam Ecclesia consuetudinem ad-  
hiberi, ne minima facilitate ecclesiastica disciplina enerue-  
tur.

3. Secunda sententia precedenti contraria docet, non solum

potestatem, sed ipsam Indulgentiam concessionem fauori-

abilem esse, & late interpretandam. Sic sentit Glosa in Clem-

entie de Reliq. & venerat. Sanctor. verbo, Confessio, Sylvest. ver-

bo, Confessio. n. 8. & num. 20. & 22. Angel. num. 1. Henr. q. lib. 7.  
cap. 30. Bonac. disp. 6. de Indulg. quæst. 1. p. 7. & num. 3. Mouen-

tur primò: quia Principis Beneficium late est interpretan-

dum, quatenus absque tertij praividicio fieri potest, cap. Olim.

de verb. significat. leg. vlt. ff. de constitut. Princip. Sed tam por-

etas concedendi Indulgentias, quam ipsa concessio, est benefi-

cium Principis, ut de se constat. Ergo Secundò, hac concessio est opus charitatis, & misericordiae, utilis ei, cui conceditur; & nemini nocens; quippe Deo sit integra solutio: & licet fiat satisfactionibus Christi: at non absque illius commissione, & voluntate, præterquam quod prædictæ satisfactiones, esto, in graui quantitate applicentur, nullam patiuntur diminutionem; sed integræ, & infinitæ persistunt Ecclesia autem ex hac concessione non leue commodum reportat: nam prius: & quodammodo Deo gravior in suis membris efficietur: ergo in quolibet casu dubio lata fieri debet interpretatione.

4. Neque contraria sententia fundamenta virgint. Nam primum de limitatione per regulas Cancellaria, potius oppositum probat: siquidem ea restrictio vila fuit necessaria, ne Indulgentia absolute concessa cenfretur perpetua. Secundum vero probat ad summum, dispensationem absolutam in iure diuino strictè esse interpretadam: at Indulgentiarum concessio non est in iure diuino absoluta dispensatio, sed cum addito per integrum, scilicet, solutionem. Verum enim est, iure diuino obligatum esse peccatorem integrum satisfactionem exhibere, vel satisfactionem subire pro peccatis commissis, At, si Pontifex satisfactionibus Christi Domini, & Sanctorum applicatis hanc obligationem remittit, non dispensatio vtique, sed pretio soluto remissio appellanda est, ac proinde non strictè, sed lata debet esse interpretario. Terrium argumentum solum probat, excellit concessio Indulgentiis esse vitandum: quia hic excessus disciplinam ecclesiasticam eneruauit, non vero illarum moderatus ius: nam esto, satisfactionem penitentiale remittas, solutione integrè facta, inde non labefactar ecclesiastica disciplina; sed charitas Christi Domini maximè commendatur, qui sine Ecclesiâ thesaurum reliquit, ex quo nostram possimus paupertatem supplerem.

5. Hac sententia mili maximè probatur, tametsi Suarez disp. 56. sct. 2. à num. 4. quem Layman. sequitur lib. 5. sum. tract. 7. cap. 1. in fine distinctione adhibita vtrunque opinionem conciliare conatus sit: distinguunt enim inter potestatem delegatam ad concedendas Indulgentias, & inter ipsam Indulgentiarum concessionem, & potestam delegatam strictè interpretandam esse: secùs vero concessionem cognita potestate. Et priorem partem probat: quia etiam Pontifex non potest concedere indulgentias absque causa: sed eius potestas, esto, in illo genere amplissima sit, restringenda est intra terminos iustitiae communitatis, & legalis: à fortiori potestas Episcopis delegata, que terminos iuris communis excedere non potest. Denide, amplitudo potestatis delegata est aliquo modo odiosa, & onerosa Principi. Tandem ex illa subest periculum derogandi iuri diuino, & ecclesiastican disciplinam laxandi. Restringenda igitur est. Secundam partem, scilicet, indulgentiarum concessionem supposita potestate latè interpretandam esse, probat Suar. tum fundatim secunda sententia: cum quia supposita potestate solum de voluntate dubium esse potest: at voluntate latam adhibere interpretationem, quatenus prudenter, & ratio recte permittit, cedit in concedendis liberalitatem, & benignitatem. Ergo sic adhibenda est.

Cæterum, hanc distinctionem nullo modo probare possum. Si enim indulgentia latam interpretationem admittit, quando solum à voluntate concedentis pèdet, eadem interpretationem debemus concedere potestati, delegatae, quando solum à potestate delegantis eius valor dependet. Quinimo existimò, potestati delegata latam interpretationem adhibendam esse, quam indulgentiarum concessionem: nam concessio indulgentiarum abique causa formalis proportionata nulla est at potestatis delegatae concessio, etiam abique causa valet. Quod vero non Pontifex, nec delegatus abique legitima causa indulgentias concedere possit, non probat potestatem strictè esse interpretandam: hæc enim sit, nullam aliam causam, præter voluntatem concedentis, requirit, sed portis probat, indulgentiarum concessionem ea causa restringendam esse: quod nostra doctrina nullatenus adveratur. Item si aliqui concedendum est deleganti oneriosum, non potestatis concessio, sed ius illius censendum est: Denique ex ius, & non ex potestate periculum infurgit ius diuini derogandi, & ecclesiastican disciplinam laxandi. Si igitur concedi Suar. ius potestatis concedendi indulgentias latè esse interpretandum, à fortiori de potestate concedere deberet.

Vero similius Egid. de Coninch. disp. 12. dub. 4. in fine. distinxit inter indulgentias viuentibus concessas, & inter concessas animabus Purgatorijs per modum suffragij, has, inquam, admittit latè esse interpretandas: quia nullum est inconveniens: secùs vero indulgentias viuentibus concessas: quia ex earum concessione periculum adeit eneruandi ecclesiastican disciplinam, & iustum rigorem. Sed neque haec distinctione probanda est: quia ut superius diximus, non ex indulgentiarum moderata concessione hoc periculum nascitur, sed ex nimia, & immoderata, quæ omnino vitanda est.

6. Ex his ferè inferitur decisio illius questionis, at indulgentia tantum velet, quantum sonat. Et quidem si causa legitima subsit, affirmandum est, tantum valere, quantum verba sonant, secundum eorum proprietatem, & communem usum stylumque receptum. Contingere autem potest, Pontificem existimare, causam sufficientem ad eis ad plenariam indulgentiam concedendum, cum tamen in re non adsit, nisi ad tertie partis concessionem: quo causa indulgentia non valeat, quantum sonans causam communiqueretur. Neque haec decipio est contra autoritatem Pontificis, cum non pertinet ad res fidei, morumque doctrinam, in quibus ab Spiritu Sancto infallibiliter regitur, sed potius ad humanam prudenter existimet, causam ad illius concessionem sufficientem ad eis, credendum non est, Pontificem, neque Epicopum, indulgentias concedentes absque prudenter existimatione causa procedere: maximè cum semper presumendum sit, superioris factum iustum esse, nisi contrarium evidenter ratione probetur, iuxta leg. 2. S. Meri. & §. Si quis à principe ff. ne quid in loco publico, & tradit Crauer conf. 188. n. 8. Neque sylloge inferiorum datum est de iustificatione causa iudicare, argum. tex. in cap. Cum inferior. de maioriitate & obediens. Quod si concedens indulgentiam expremit causam concessionis, ne mini permittit illius insufficientem probare, sed illi itandum est ut recte Bald. Conf. 32. 7. n. 10. 1. 2.

7. Difficultas autem superest in applicanda prædicta doctrina causibus singularibus: communiores percutiemus, ut inde alii inferri possint. Et in primis quoad facultatem concedendi indulgentias, dubitari potest an ex eo, quod Pontifex aliqui concedat facultatem ad remittendam peccata, censetur concessa facultas ad indulgentias concedendas. Et ratio dubij est: quia indulgentiarum concessione peccata saltem quadam peccatis debitas remittuntur. Ergo concessa facultas remittendi peccata, concedi censetur facultas praestandi ea, per qua peccata integrè remittuntur. Ergo concedi censetur facultas indulgentias concedendas. Sed oppositum tenendum est cum Suar. disp. 56. sct. 1. n. 9. ex eo, quod sub illis verbis solum potestas remittendi peccata in sacramentali foro concinatur, iuxta illud loan. 20. Quorum remissoris peccata, remittuntur eius. Quibus verbis non potestatem concedendi indulgentias, sed absoluendi à culpis Christus concessit. Adde quod spectato ius, stylusque communis, sub remissione peccati absolute sumpta, sola remissio à culpa, & pena illi annexa intellegitur.

8. Secundò dubitabilis, si Pontifex tibi concedat potestatem largiendi indulgentias, vel quascumque indulgentias, an concedat tibi facultatem largiendi omnes indulgentias, quas ipse Pontifex largiri potest, tam quod quantitatem, quam qualitatem, & numerum? Idemque dubitari potest de Episcopo concedente suo Vicario, vel alteri potestatem concedendi indulgentias. Non enim videtur qualiter hac concessio infinita limitem habere possit, cum nulla sit specialis ratio de una indulgentia potius, quam de alia, præcipue cum dictum sit, potestatem concedendi indulgentias latè interpretandas esse, quantum verborum proprietates permiserit. Cæterum dicendum est, esto, ex verbis per se spectatis, nulla sit restrictionis occasio: at spectato stylo communis, & confutidine recepta, maximam esse. Etenim cum Pontifex concedit aliqui potestatem largiendi indulgentias, nullatenus concedere censetur potestatem largiendi indulgentias per modum suffragij, neque indulgentias plenarias: quia hec iuris potestatis sunt referata; sed solum censendum est concedere eas indulgentias, quas spectato communis iure similares personis concedere solet. Episcopus vero cum limitata potestate gaudeat indulgentiarum concessione, non videtur inconveniens, si assinemus, omnem suam potestatem ex vi illorum verborum communicare, si foris ex circumstantiis tum loci, tum persona, tum occasionis facultatis concedenda restrictione aliqua colligatur, ut bene expendit Suar. disp. 56. sct. 1. à n. 10.

Quod indulgentiarum vero concessionem, cum dixerimus, eam formam seruandam esse, quia sufficientem concessionem exprimat, inquiri potest, an necessarium sit exprimere qualitatem, seu quantitatem indulgentiarum, v. gr. quadragesæ, leptæ, vel plenariae, vel an sufficiat, eam concessionem sub verbis communibus exprimere. Hac in re Suar. disp. 56. sct. 1. à n. 6. affirmat, opus non esse, ut quantitatem, vel qualitatem indulgentia exprimas, sed eo ipso, quo ponitentem absoluunt, intentione absoluendi non solum à peccatis, sed à penitentiis, tametsi expresse non declares, indulgentiam communicari. Quod probat Suar. quia verbum *ab soluo*, absolute prolatum extendi potest, tum ad peccata, tam quod culpam, quam quod penitentiam, tum ad censuras. Ex alia etiam parte, ponitentem intentionem saltem virtuale habet, ut ab omni vinculo absoluatur, in quantum fieri potest. Ergo ex vi illorum verbis

rum manet absolutus quoad penitentiam, atque adeo & indulgentiam concessa.

io. Ceterum verius existimo, ex supradictis verbis indulgentiam nullatenus communicari. Non enim communicari potest indulgentia, quin sufficienter exprimatur alia sola intentione, communicare eam posse, quod nec Suar. admittit. At ex praedictis verbis non satis concessio exprimitur. Tum, quia verbum, *ab soluo*, absolute prolatum ita pro famosori significato, scilicet peccatorum absolutione, ita ut neque ad censuras, neque ad penas extendatur, nisi circunstancia eam extensionem inducant, ut, quia penitentis absolutionem a censuris, & penis expostulauit. Ex sola autem petitione virtuali talis extenso induci non potest: nequit enim petitio virtualis, ut pote solum presumpta, & non declarata formam, aliquo indifferente determinante, determinatione, inquam, visibili, & manifesta. Tum, & praecepit, quia indulgentiarum concessio non est sola absolutio a penis debitis, sed distributio, & applicatio satisfactionum Christi, quibus penae debitis solvantur: sub verbo, *ab soluo*, non exprimitur hoc solutio. Non igitur ea verba sufficiunt ad indulgentiam concessionem.

ii. Quinidem existimo, necessarium esse, saltem in genere, quantitatem, & qualitatem indulgentia declarare. Nam, cum verba quasi practica sint, & moraliter efficiant, quod significant, communie autem, & indeterminatum effici non possit, necessario aliquam determinationem habere debent. Quod verum est in qualibet alia humana donatione. Quocirca, ut concessio indulgentia effectum habeat, debes exprimere indulgentiam quantitatem, seu qualitatem, saltem generaliter dicens: Concedi tibi indulgentiam, quam possum: vel quam laetari potes, vel iuxta indultum mibi concessum. Illud vero est certum, opus tibi non esse exprimere, qua autoritate indulgentiam concedas: id enim potius supponi debet quam declarari, ut bene noraut Suarez d. sect. 1. numer. 5.

12. Insuper semper solet concedi indulgentia plenaria pro mortis articulo. Dubitari autem potest, an concedatur haec indulgentia existenti in periculo mortis, tametsi de facta non moriatur: an vero sit necessaria morte in subsequi? Quia in te dicendum est, regulariter concedi existenti in mortis periculo, esto, mors non subsequatur: sicuti conceditur a referatu absolutioni, quod maxime verum est, si addatur particula, *sicut vel sapientia*: superflua enim est, si solum pro vero mortis articulo indulgentia concederetur. Atque ita ex Felino tract. indulgent. n.16. Antonin. 1. p. iii. 10. cap. 3. noraut Suar. disp. 56. sect. 1. n. 3.

13. Denique concedi solet aliqui Ecclesiae in festiuitate sui Patroni singulis annis plenaria indulgentia: sub hac tamen clausula, & conditione: *dummodo alia familia Indulgentia concessa non fuerit*, nam ea concessione stante, inquit Pontifex, *proscessio nulla sit*. Dubium ergo est, an ea conditio intelligenda sit de concessione facta ab eodem Pontifice, an etiam a predecessore? Et quidem si conditionem sub his verbis apposuerit: *Dummodo alia similem Indulgentiam non concesserit*, verius existimo cum Bonac. disp. 6. de Indulg. q. 1. art. 7. circa fin. de concessione facta ab eodem Pontifice intelligi debere: quia ibi nonum personam exprimit, non dignitas: ac proinde non concessionem a dignitate factam, sed a leproso restringere velle. Si vero non sub expressione persona, sed potius, *Sedis conditio apponatur*, ut si dixerit Pontifex: *Dummodo alia familiam Indulgentiam ab hac Sede concessa non sit*, certum videtur ea concessione perferantur, praeferentem concessionem nullam esse. At, si solum dixerit: *Dummodo alia concessa non sit*, probabile existimo de solo ipso Pontifice intelligi posse: nam ex verbo, cum sint refutativa, & odiosa, stricte interpretari debent, praecepit cum ex hac stricta interpretatione valor praesentis concessionis pendaat, & indulgentia concessio.

## P R N C T Y M V.

## Qui possint Indulgentias concedere.

1. Petrus, eiusque successores à Christo potestatem accepissent concedendi Indulgentias.
2. Concilium generale unum Capiti potestatem habet Indulgentias concedendi.
3. Secus in se spectatum.
4. Fit satis oppositus rationibus.
5. Aliqui firmant, Episcopos iure diuino potestatem habere Indulgentias concedendi.
6. Verius soli Pontifici hanc facultatem esse concessam.
7. Solus est opusfundatum.
8. Episcopos est concessa à Pontifice facultas largiendi alias Indulgentias.
9. Non extenditur predicta potestas ad defunctos.
10. Hac potestus Episcoporum est ordinaria.

11. Non habent Episcopi potestatem ullam, prater concessam in cap. Nostr. & cap. Cdm ex eo de penit.
12. Si excedat Episcopus potestatem, non solum excessum, sed omnem concessionem esse nullam, firmant plares.
13. Verius est, solus in excessu adesse nullitatem;
14. Satisfit rationi contraria.
15. Plures consent, refractionem factam Episcopis in cap. Cum ex eo de sola publica concessione esse intelligendam.
16. Contrarium dicendum est.
17. Episcopus, est, concessarius non sit, & extra territoriorum, concedere sibi subditas Indulgentias potest.
18. Non debet concedens Indulgentias esse excommunicatus.

1. Constat apud omnes Orthodoxos, Petrum, eiusque successores à Christo Domino potestatem accepisse concedendi Indulgentias, eamque, ut pote iurisdictionis, aliis communicate posse, sicuti colligunt ex Extraag. Unigenitus de penitent. & remiss. cap. Cum ex eo. cap. Quod autem eodem sit.

2. Concilium generale, si unum sit suo Capiti, saltet ratione illius, non est dubium Indulgentias concedere posse: at ab ipso Capite distinctum, ut contingit Sede vacante, existimat Cordub. quæst. 12. de Indulg. Henr. cap. 31. n. 1. Nauarr. de Indulg. notab. 31. n. 2. potestatem habere Indulgentias concedendi. Tum, quia dispensatio bonorum communium Ecclesiae ad Ecclesiam pertinere videtur: ut Concilium generale, maximè Sede vacante, Ecclesiam representat: tum, quia plures Doctores existimant, omnibus Ecclesiae Prælatis iure diuino concessam esse potestatem concedendi Indulgentias: tum denique, quia haec concessio est actus iurisdictionis, quia Concilio generali competit.

3. Ceterum dicendum est, Concilium generale, sive Pontifice viuente, & ex eius facultate congregatum, sive ex mortuo, ex se nullam à Christo accepisse potestatem concedendi indulgentias, ac proinde solum ex facultate Pontificis eas concedere posse. Sic Suarez de Indulg. disp. 55. sect. 1. num. 7. Layman. lib. 5. sum. tract. 7. cap. 4. n. 1. Bellat. lib. 1. cap. 11. col. 2. & significarunt D. Thom. in 4. disp. 20. quæst. 1. art. 4. Durand. quæst. 5. ad 2. alia 4. p. quæst. 33. alia 83. memb. 3. Richard. art. 5. quæst. 3. quatenus soli Pontifici hanc potestatem tribuunt, nulla facta mentione Concilij generalis. Ratio est: quia Christus Dominus soli Petri dixit: *Potest oves meas*, sicutque Petrus, eiusque successoribus Ecclesiari commisit. Non igitur Concilio generali, ut à Pontifice distinto: alias duas vniuersales potestates, & independentes, duobusque capit. Item, negari non potest, posse Pontificem Concilio generali prohibere, ne indulgentias concedat. Signum ergo est à Christo Domino hanc potestatem non accepisse. Quod vero Sede vacante, eam potestatem non habeat: probatur, tum rationibus supradictis: tum quia Concilio generali sic congregato solum datum est ea exercere, que ad regimen Ecclesiae necessaria fuerint, donec electio Pontificis fiat. At Indulgentiarum concessio nullatenus necessaria appetit.

4. Neque rationes contrariae videntur. Ad primam concedo, dispensationem bonorum communium, quæ sub dominio Ecclesiae sunt, ad Ecclesiam pertinere, sicuti dispensatio bonorum alius reipublica ad ipsam rempublicam, deficiente Principe, pertinet. At dominium thesauri satisfactionum Christi, & Sanctorum, non commisit Christus Ecclesiae, sed soli Petri, eiusque successoribus. Quare, deficiente Petri successore, sibi Christus illius thesauri dominium reuerat, donec successor Petri eligatur. Ad secundam negamus, prælatis Ecclesiae concessam esse à Christo hanc potestatem. Ad tertiam dico, Indulgentiarum concessionem iurisdictionis actum esse, at nego ad hunc actum iurisdictionem habere Concilium, nisi à Pontifice communicaram.

5. De Episcopis, aliique Ecclesiae Prælatis plures firmanter iure diuino potestatem esse concessam concedendi indulgentias, dependentem tamen à Pontifice. Sic Sotus in 4. disp. 21. q. 1. art. 4. Petr. de Soto de Indulg. quæst. 3. Cordub. quæst. 10. Rutilius Benzonius de Inib. quæst. 10. Valen. disp. 7. quæst. 10. p. 3. post. prime. Mouenturque Episcopi ex officio candem iurisdictionem habent in sua dioecesi, quam habet à Pontifice in universali Ecclesia, dum à Pontifice non restringitur. Ergo habent potestatem disponere de thesauro Ecclesiae in sua dioecesis fauorem, præcepit cum hac dispositio maximè conuenire videatur ad rectum sue Ecclesiae regimen.

6. Nihilominus tenenda est communior sententia, potestatem concedendi indulgentias nemini à Pontifice Christum concessisse: sed omnem hanc potestatem à Pontifice dimanare debet. Sic pluribus relatis firmat Suarez disp. 55. sect. 2. num. 3. v. que in finem Coninch. disp. 2. dub. 1. in fine. Laym. lib. 5. sum. tract. 7. cap. 4. numer. 2. Bonac. disp. 6. quæst. 1. p. 3. numer. 2. Barbofa 3. p. de potest Episc. alleg. 88. numer. 3. nec leuiter colligitur ex Extraag. Unigenitus de penitent. & remiss. quatenus soli Petro eiusque successoribus affirmatur, dispensationem thesauri Ecclesiae ex satisfactionibus Christi, & Sanctorum.